



Omnis arbor que non facit fructum bonum

Igitur ex fructibus eorum

Non omnis qui dicit in domino domino

Nemo potest dicere dominus ihesu

In nomine tuo pphetauit et demonia eiecimus

Necromantia

in infirmitate conuertuntur. dicit beatus hieronimus in uersu psal-
mi. quoniam non est in morte qui memor sit tui. Et in morte et inferno utriusque
Agendam penitentiam denegauit; Omnis arbor que non facit fructum
bonum. excidetur; Omnis homo christianus siue paganus. si non facit fructum
etiam bonum. excidetur. et adicabitur anima eius a corpore.
non se liberauit de ignorantia. quia non licet ignorare. In ignem mittit
qui semper innum non extinguitur; Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.
Quia cognoscetis eos. ideo dico ad tendite ab illis. Non omnis qui dicit in
domino domino. intrabit in regnum celorum; Non se confidat aliquis quia christi-
anus est. si non facit opera christianitatis. non intrabit in uitam aeternam. Quia
qui dicit se nosse dominum. et mandata eius non custodit mendax est; Item
et illud quod paulus dicit. nemo potest dicere dominus ihesu nisi in spiritu sancto.
dictum hic profecto accepimus; Et incredulitate nostra cantamus; Et ipso
na egerunt. ibunt in uitam aeternam. quero mala. in ignem aeternum; Et
aeternus erit illi ignis unicusque. sic deus dixit; Hec in ignem sententiam
Quia qui semel in infernum introierit ulterius non exibit. licet recipiat
corpus absque iudicio et mora reuertetur ubi erat deputatus; Multi
dicent mihi in illa die. domine domine. nonne in nomine tuo pphetauimus.
et in tuo nomine demonia eiecimus; Prophetare et uirtutes facere.
et mali possunt. sic balaa qui multa bona dixit. et cum iob. quia ipse fuit
elii. et quando ad balabe uocatus fuit; sectam inauaricia seductus oc-
cisus; Saul et caiphas pphetauerunt; Pharaon et nabueodonosor. uentura
ra uiderunt; Uirtutes quoque facere et multi possunt. ut magi in
gypto fecerunt. et symon et multi alii per necromantiam id est mortuorum
in uocatione. ut illa phitonissa mulier. in libro regum; Et demones eicere
mali solent. ut illi exorciste iudaeorum. et illi de quo apostolus domino dixerunt. Uidi
mus quendam in nomine tuo demonia eicientem. qui non sequitur nos; Cui
das quando dominum secutus est. et ista fecit; Quod ideo conuertitur malis. uel